

negotio consultis, ipsa Instructio collecta, atque approbata fuerit; nihil aliud superesse videbitur, quam ut Provinciales, Rectores, & Procuratores, quorum partes seorsim in ea describuntur, pro virili adlaborent, ut quae sapienter provisae & statuta sunt, serio, & constanter in praxim deducantur.

Pro Provincialibus.

Illud sibi persuadeat Provincialis, nulla re uniuersim certius, ac citius euerbi bonum Collegiorum statum, quam si maiores prouentibus expensae fiant; vel sumptus minimè necessarij permittantur; vel Rectores, ac Procuratores partem oeconomiae periti sint, & tuto se incuriosos esse posse in administratione sua sperent.

I Ergo collato quamprimum numero Sociorum, qui sunt in Provincia, cum annuis redditibus, si deprehensum fuerit, horum summam à numero capitum excedi; nulli ab aliquo tempore ad Nouitiatum admittantur, si id R. P. N. omnibus perperis, expediens esse, aut necessarium iudicauerit (Congregatio Octaua d. 60. §. 1) aut certe numerus recipiendorum à sua Paternitate determinetur, quem transgredi nullo modo liceat, absque eiusdem conuentione.

2. Ne, urgente necessitate deputandi quobannis novos Magistros scholarum inferiorum, cogatur priores admittere; studeat aliquot semper sub finem studiorum, et post peractum tertium probationis annum, hisce scholis adducere, iuxta

iuata suam regul. 24. & 25. in Ratione studiorum: cum praesertim Congregatio Octaua d. 8. munus docendi Grammaticam, & literas humaniores proprium esse Societatis ministerium, nec certo temporis spatio, nec certis personis circumscriptum declarauerit.

3 Quod dictum est de Provincia uniuersa, dictum etiam potest de singulis Collegijs. perperis igitur exactè summa omnium reddituum, & elemosynarum, ac de consilio paratorum contributo qui sumptus in singula capita necessarius sibi plures quam in singulis domicilijs per facultates alipossint, nullo modo alantur (Congregatio septima d. 32. §. 1.) immo, ut ibid. statuitur, pauciores; ut siquid superest, id totum in dissolutione aeris alieni impendatur.

4 Ad minuendum autem numerum Sociorum in Collegijs, opus erit novas obligationes sponte non suscipere, immo onera, ad quae ex fundationibus, aut Constitutionibus non tenemur, ad tempus omittere, ad monito tamen prius Generali (Congregatio septima d. 32. §. 7.) Item strenuos operarios, maxime conditores teporales habere (ibidem §. 5.) nec ullo modo permittere, si aliqui, leui dumtaxat quapiam occupatione contenti, plurimum stentur.

5 Consultum etiam fuerit aliquot Sociorum paria, tere continenter, in Missionibus occupare, aut etiam in quibusda locis Residentias ad tempus constituere, quae ex elemosynis uiuant: imò aliqua parua Collegia, & male